

intiendo q esta bulla la denegó el Comité dehenk, q llevaba un año después de  
q comegió, q quando no la aja denegado, por lo menos jamas se apuek en este  
ultimo respeto de la Camaveria como consta del proyecto. 154

40

154

# BVLILA DE PIO III.

Concedida en 10. de Julio de 1562.

*Aduiertese, que el Concilio de Trento se acabò en 4. de Diciembre de 1563. presidiendo el mismo Pontifice Pio IIII. que concedio esta Bulla.*

I V S Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetua m  
rei memoriam. Pastoralis officij nobis detuper meri  
tis, licet imparibus comisi partes sollicitis studijs ex  
qui cupientes votis illis per quæ religionis decori,  
prouideque monasteriorum, & aliorum piorum lo  
corum directioni, ac personarum in diuinis benepla  
citis insistentium quieti cōsulitur libēter annuimus,  
& vt debitos cōsequantur effectus, ordinamus aliās  
que in his disponimus, prout locorum, personarūq;  
conditione pensata conspicimus in domino salubriter expedire. Sanè exhibita  
nobis pro parte dilectorū filiorum Prioris & Conuentus monasterij per Prio  
rem gubernari soliti, Beatæ Mariæ virginis del Pilar nuncupatae Cæsaraugust.  
ordinis sancti Augustini Canonicorum regularium petitio continebat, quod  
licet in dicto monasterio ab immemoriali tempore citra fuerint, prout de  
præsenti existunt, unus Prioratus, qui dignitas principalis, & una Cameraria,  
ne non Infirmary, Eleemosynaria, Thesauraria, Fabricaria, Cantoria, & Ca  
pellania maior nuncupataque officia claustralicia, inhibi existunt, & quorum sin  
guli, & singulas domos officinas nuncupatas pro habitatione huiusmodi offi  
cia obtinentium, & exercentium habent, ac iuxta primæuam laudabilem q;  
dicatorum officiorum institutionem Camerarius ipsi Priori, & dilectis filijs  
Canonicis monasterij huiusmodi vestitum clargiri, infirmis languentibus ne  
cessaria porrigere, eleemosynarius certis diebus & locis pauperibus eleemosy  
nas erogare, singuliq; alij officia huiusmodi obtinentes ex illorum fructibus,  
reditibus & prouentibus effectum illum vnde dicta corum officia nomen  
fortita sunt adimplere deberent, postquam tamen officia huiusmodi clericis  
secularibus imo aliquando profanis ab omniue honestate, religione deuo  
tione, & bono exemplo, alieni commendari cœperunt, clerici ipsi alijq; com  
mendatari exoffsa monasterij clausura, spreta religionis obseruantia relaxariq;  
neglecto, habitu, fructus officiorum corumdem rapientes, monasterium ip  
sum intrare, onera suorum officiorum subire, debitaq; exoluere denegarunt,  
quod deterius est, domos officiorum intra claustra monasterij huiusmodi  
con-

confitentes exteris, & non vñquam in honestis personis etiam Priori, Canonicis, & Conuentu p̄fatis inuitis locarunt, & inquilinos ibi seculares posse  
 runt, alij vero ibidem homicidas, & de alijs criminibus diffamatos, ac t̄pe in  
 honestas mulieres recipere inuitis dictis Priori & Conuentu retinere non ve  
 rentur, ex quibus contentiones assiduæ, frequentes rixæ innumera scadala, ac  
 rotius religionis, & quietis confusio subsequuntur. His etiam accedit illud in  
 commodi, quod cum ipsi commendatarij frequenter in eisdem officijs muta  
 ri, raroq; apud illa residere soleant, institutiones, iura, & scripturæ dictorum  
 officiorum in secularium, & alienorum manibus versentur, vnde iura, reddi  
 tus, & credita per eum, & pleraque alienantur, quorum omnium aliorumq;  
 plurium scandalorum, & incommodorum causa potissima sunt officiorum cō  
 mendæ secularium commendatariorum, vt ita mores & instituta a religiosis  
 prorsus differentia, cum autē sicut eadem petitio subiungebat, Priorem eius  
 dem monasterij religiosis domus suæ p̄aeuere, subditosq; sibi Canonicos re  
 gularibus institutis, verbo pariter & exemplo instruere deceat, hisq; sint im  
 pedimento clerici seculares commendatarij inibi cohabitantes, tametsi plu  
 res illorum perpetuo abesse contingat, quare pro parte Prioris & Conuentus  
 p̄ædicatorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus tot tantisq; scanda  
 lis & incommodis obuiare, ac aliàs in p̄emissis opportunè prouidere de be  
 nignitate Apostolica dignaremur. NOS igitur, qui quietum monasterium,  
 aliorumq; religiosorum locorum regimen, & personarum ibi virtutum Do  
 mino seruientium, tranquilitatem sincero desideramus affectu, Priorem &  
 Conuentum p̄ædictos, singularesq; illorum personas, a quibusuis excommu  
 nicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, cen  
 suris, & pœnis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si qui  
 bus quomodolibet innodati existunt ad affectum p̄æsentium duntaxat con  
 sequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi  
 supplicationibus inclinati, Priori pro tempore existenti, vt domos officiorum  
 huiusmodi, & personas ibi pro tempore commorantes, vel aliàs receptas intra  
 claustrum ipsum visitare, & corrigere, necnon institutiones iura credita in  
 strumenta, acta & scripturas officiorum huiusmodi, & ad illa quomodolibet  
 pertinere, siue in eisdem domibus, siue alibi vbiq; reperiantur inspicere,  
 & recognoscere, ac sub debito inuentario recipere, & habere, necnon in ar  
 chiuo dicti monasterij recondere, & seruare liberè & licite valeat, authori  
 tate Apostolica tenore p̄æsentium concedimus & indulgemus, & insuper  
 quod de cætero tam regulares, quam seculares officia huiusmodi in titulum,  
 vel commendam nunc, & pro tempore obtinentes ad personaliter in mona  
 stero p̄ædicto residendum, per subtractionem fructuum officiorum huius  
 modi, necnon sententias, censuras & pœnas etiam pecuniarias, aliaq; iuris  
 remedia compelli possunt, illisq; absentibus, seu personaliter ibi non residen  
 tibus illorum domus, vel cellæ totali dispositioni Prioris & Conuentus sub  
 iaceant, ad hoc vt ibi Canonicos seu familiares & ministros ipsius monaste  
 rii ibidem constituere possint. Præterea quod de cætero officia p̄ædicta va  
 si commendata fuerint, etiam assecorum cessantibus pro tempore contige  
 rit nullatenus secularibus assignari, neque cuiquam commendari, sed re  
 gula

esta clausula por lo menos, la dho go el consilio del pto en el cap. i. de reforma  
el cap. 14. Seja las remisiones y declaraciones de dicho Cons. en dicho cap. q mrs.  
muchos dolores y dudas q contiene en la materia; y informe al dispuesto en dicho  
cap. io. Pablo Pecanilla regius alcaz. del pilar quando les presento la collata ledrejé  
gularibus personis in titulum per eos ad quos spectat, iuxta iuris dispositionem  
conferri, & de illis prouideri, vel ad illa electio fieri debeat, ita quod prouisiones  
& commendæ quælibet de illo, etiam per Sedem Apostolicam aliter  
factæ, irritæ, nulliusq; vigoris existant, neque titulum coloratum etiam ad  
possidendum tribuant, eadem authoritate perpetuo statuimus & ordinamus,  
districtius etiam sub maioris excommunicationis sententia, alijsq; censuris  
Ecclesiasticis inhibentes Priori & Conuentui præfatis, ne aliquem commen-  
datarium, vel ordinem ipsum non expresse professum, ad officia prædicta con-  
tra statutum & ordinationem huiusmodi quoquomodo eligere, recipere, vel  
admittere præsumant, necnon præsentes literas de surreptionis, aut nullita-  
tis vitio, seu intentionis nostræ defectu quocumque prætextu, seu quavis oc-  
casione, vel causa, etiam necessario exprimenda notari non posse, sed validas,  
& efficaces fore: sicq; per quoscumque iudices, & commissarios quavis autho-  
ritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores sublata eis, &  
corum cuilibet quavis authoritate iudicandi, & interpretandi facultate, &  
authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quidquid secus super his a quo  
quam quavis authoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum  
& inane decernimus, non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, nec  
non in provincialibus & Synodalibus concilijs, edictis generalibus, vel specia-  
libus constitutionibus, ac ordinationibus, ac monasterij & ordinis Prædica-  
torum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia  
robortis, & statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indulgis, & lite-  
ris Apostolicis commendatarijs præfatis, ac quibusvis alijs, sub quibuscumq;  
tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs, alijsque efficaciori-  
bis, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis in genere vel in spe-  
cie, etiam motu proprio, att ad quorumvis etiam Imperatorum, Regum, &  
aliorum Principum instantiam, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet  
concessis, ac etiam plures approbatis, ac innouatis, quibus omnibus etiam si  
pro illarum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus, specialis  
specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem im-  
portantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisi-  
ta forma ad hoc seruanda foret, illorumq; verioris tenoris formas datas, & de-  
creta in eis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro  
sufficienter expressis & insertis, habentes, alijs alias in sub robore permanen-  
ris, hac vice dumtaxat specialirer & expresse derogamus, cæterisque contra-  
rijs quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostræ  
absolutionis, concessionis, indulti, statuti, ordinationis, inhibitionis, decreti,  
& derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, &c. Datis Romæ,  
anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, decimo calendas Iulij.

### Copia de la institucion y fundacion de la Camareria del Pilar.

GO Raimundus Dei gratia Cæsaraugustanus Episcopus, habito consilio  
xassensi Guillermi Prioris Sanctæ Mariæ, & Conuentus eiusdem, faueo &  
habiendo fundado la Camareria el ordinario de Aragón no parece q les  
puede quitar la provisión della en su mero y exclusivo pertenecer por la alter  
nativa y moralizando le el dho go a follejos de presentar

assigno in eadem Canonica vestuarium certum, & Cameram in perpetuum  
valitaram, ita scilicet ut singuli Canonici regulares ibidem domino ser-  
uientes accipiant a Camerario in Pascha quadraginta solidos monetæ curri-  
bilis conuerii triginta solidos, exceptis illis qui ex honoribus quos habent, in  
eadem Ecclesia possunt sibi in vestibus prouidere, scilicet Priore, Sacrista,  
Subsacrista, Capellano, Operario, Eleemosynario, Infirmary, Præposito,  
piscis, & olei, & duobus Canonicis in Rota huic autem vestuario. & officinæ  
assigno, & in perpetuum valere concedo Ecclesiam de Magallon, Ecclesiam  
de Morata, &c. Et quid insuper in prædictis locis, aut alibi Camerarius in-  
tuitu Cameræ iuste & canonice poterit ampliare, & ab ipso Cameraria sutor  
& fullo modis omnibus conducantur, a quibus vestimenta, & panni Canoni-  
corum, & fratrum honeste conseruantur, & cum opus fuerint abluantque om-  
nia, ut firmius habeantur in posterum. Ego Raimundus Cæsarugstanus  
hoc signum facio, & ego Guillermus prædictus Prior laudo hoc, & concedo,  
& hoc signum facio, & Dominicus Sacrista hoc signum facio, & ego Petrus  
Capellanus, & operarius, hoc signum facio, & ego Sebastianus Eleemosyna-  
rius hoc signum facio, & ego Dominicus Infirmary hoc signum facio, &  
ego Ioannes Subsacrista hoc signum facio, & ego Egidius Præpositus hoc sig-  
num facio, & ego Petrus Camerarius hoc signum facio, Anno 1195.

1. nera uacatio est per obitum vel resignationem illius qui habet jus (gen. Gorua) n.  
autem per habentem possessionem sine pihilo, (gen. ex campo) gonales glo.  
IS. §. L. nu. 14. et 15.
2. quando possint dari beneficia regularia secularibus vide Henric. in cap.  
possessiones debet. eis. ne alien. el mismo in cap. ad abo lenda in ju.  
enumerat casus in quibus ordinarij habent jurisdictionem in exemplis.
3. Possessio habetur pro capta in perjudicium adversariorum quando facta illius  
fuit impedita Gonales §. 3. præmiali nu. 42
4. Præmio beneficiorum regularium pertinet ad ordinarios in suis mun-  
gonales omnino uidendus glo. si nu. 39, 42, usq; ad 50. Gorua  
7 cap. 10. nu. 10. Vetus collectanea delusionis p. f. decipline 295  
et 296o.
5. Regularia beneficia possunt conferri clericis secularibus ad religio-  
nem et professionem sed ad strigentibus gonales glo. 8. nu. 77  
78 omnino uidendus post diuide 50. do. punctis principali est  
feliciter exponere.
6. Las delusiones 323. 9549 de ludorum for mis o not p.  
negociis p. quando conuenient do. possessiones qualiter lo mejor.